

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Adolphus Occo medicus Ioanni Reuchlin Phorcensi S. D. P.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

EPIS. ILLVST. VIRORVM AD

Scriptissem tibi uolumen, sed a mēsa principis mei nūcius me auocatum uix hæc scribere admisit, si Heidelbergā te fors attulerit, præfulem nostrum & Fridericum Dalburgium & Plinium meo nomine qua nosti humanitate salutabis. Vale, Ex Inspruck x Kalendas Ianuarias. Anno M. cccc. lxxxiii.

Adolphus Occo Medicus Ioanni Reuchlin
Phorcensi. S. P. D.

Redeūt ecce Basilius tuus & Cato græcorū iam edoctus, feceruntq; post literas tuas Bibliothecā mihi q̄ angustissimā, nec carior mihi præ oībus libris *ἢ πάντων μὰ θεῶν ἀνθρώπων κτήμασιν* fides, libelli unius p̄sentia mihi in piculo esset *οὐδ' ἴσασκε Φιλοσοφίας ἢ ἀρετῆς ἀποδήμια* Phalaridī quoq; quā nō crederes de amicis superfuisse querelā *οὐ τ' ἄρα βαννος ἂν π' ἴσιν οὐτ' ἐν φίλοις βεβαιῶν εἴρηεν*. Ego librorum suppellectilem quanta ubiq; & apud me est doctis omnibus & mihi quoq; doctrinam exiguam proficēti, cōmunem arbitratus sum, Sed tuus liber post mensem promissus nō rediit. Negligentiam meam fatebor, modo dolo tibi suspectus nō existam. Absui multo tēpore ab Augusta, & quod tu in primis amiciciæ signū nosti *τῆ τῆς Φιλίας ἐλευθερότητι* diutius apud me fuit, & pene perennauit. Basilium mendis territus innumeris excripsisse molestum duxi. Cato tibi Mancus fuit, ego integrum feci ut cū fœnore rediret. Aiunt nāq; priscum illum Catonem lucri auidū, qui pote agricola erat. Catonem igitur integrum recipe, quē euolutis farcinulis meis aliquot codicillis neglectū inueni, tibi quoq; in gratiam absolui, plura facturus librosq; meos omnes etiā abditissimos communicaturus si expostulas. Postquā nanq; te & amicū *καὶ ἐν τῇ Φιλίᾳ κοινόν* esse mihi persuasi, quid non libros, reliquamq; suppellectilē amiciciæ uirtute lōge inferiorem libētissimo animo cōmunicarem. Vale, & Adolphum tuum in amicicia æquare contendas. Ex Augusta ocyssime quarta Iulii. Anno. M. cccc. lxxx. quarto.

Bernardus Adelman nobilis ex Adelmanfelden

Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

Cvm nuper apud fratrem meum Ioannes mi doctissime, Conradū tui amātissimū in Neobron essem, uarius nobis sermo, tū de bonarū literarū ingenuarūq; disciplinarū studiis, tū etiam de gymnasiis nostris præstantiaq; eorum erat. Nanq; cum ego seu